Jacobus <de Voragine>: [Legenda aurea ] Legenda sanctorum seu Historia longobardica
[Köln: Ludwig von Renchen], [ca. 1486] Seite 320



eum conferenti proferret. Quis esset aptꝰ modus viuendi ad ambulandū in via dei in qua alius sic alius sic ibat. Displicebat enim ei quicquid agebat in mūdo: pre dulcedine dei ⁊ decore domus eius quā dilexit. Simplicianus āt salubre cepit eū hortari. Ipē quoqꝫ cepit seipm̄ hortari ac dicere. Quot pueri ⁊ puelle intra ecclesiaꝫ deo seruiūt. tu nō poteris qđ isti ⁊ iste possunt. An vero isti ⁊ iste in seipsis possunt ⁊ non ī deo suo. quid in te stas ⁊ non stas. Projice te in eum ⁊ excipiet te ⁊ saluabit te. Inter horum colloquia memoria victorini in mediū venit. Unde exhilaratus Simplicianus narrat qualiter idem adhuc gētilis ob sui sapientiam rome quod maximū tūc erat statuam in foro meruisset ⁊ qualiter se sepius christianum dicebat. Cui cū Simplicianus diceret. Non credo nisi te in ecclesia videro. ille iocunde dicebat. Nūqd parietes faciūt hominē christianū. Tandē dum ad ecclesiam venisset. ⁊ ei tanqꝫ verecundo occulte liber vbi erat simboluꝫ fidei ad legendū datus fuisset. ille in altum ascendit ⁊ alta voce ꝓnūciauit mirāte roma. gaudente ecclesia. Omnes autē subito ꝑstrepuerūt: Uictorinus victorinus cito sonuerūt ⁊ cito siluerūt. Tunc etiam ab Africa quidam amicus Augustini noīe Pontianus superuenit. ⁊ vitam ⁊ miracula illiꝰ magni Anthonij: qui nuꝑ in egipto sub ↄstantino imperatore defunctus fuerat recitauit. Horū exemplis Augustinus vehementer exarsit: ita ꝙ socium suū Alipiū tam vultu qꝫ mente turbatus inuasit ⁊ fortiter exclamauit. Quid patimur quid audimꝰ. Surgunt indocti ⁊ celum rapiūt. ⁊ nos cū doctrinis nostris in infernuꝫ demergimur. An quia precesserūt pudet sequi ⁊ non pudet nec saltem sequi. Et occurrens in quendaꝫ ortum sub quadam ficu se proiecit: vt ī eodem libro confessionum commemorat. et amarissime flens lamētabiles voces dabat dicens. Qꝫdiu ꝙdiu. Cras cras: sine modo sine paululum. Modo non habebat modum ⁊ sine paululum prodibat in lōgīquū. De hac sui tarditate plurimuꝫ conquerebatur: sicut postmodum in eodem li. scripsit. Heu mihi qꝫ excelsusꝰ es in excelsis. et qꝫ profundus in profundis. ⁊ nusqꝫ recedis ⁊ vix redimus ad te. Age domine ⁊ fac et excita et reuoca nos. Accende et rape. et fragra et dulcesce. impedimentis omībus sic timebam expediri quemadmodum impediri timendum est. Sero te amaui. pulchritudo tam antiqua et tam noua sero te amaui. Intus eras: et ego foris et ibi te q̄rebam. Et ī ista formosa que fecisti deformis irruebam. Mecum eras et tecum non erā. Uocasti et clamasti et rupisti surditatē meam. Coruscasti ⁊ splenduisti et fugasti cecitatem meam. Fragrasti ⁊ adduxisti spiritū et anhelo. Gustaui et esurio et sitio te. Tetigisti me et exarsi in vocem amantis paceꝫ tuam. Cum autem amarissime fleret. audiuit vocem dicentem sibi. Tolle lege. tolle lege. Aperuitqꝫ statim codicem apostolicū et cum coniectis oculis ad primū capitulum legit. Induimini dominum Ihesum christum. et statim omnes dubietatis tenebre ab eo diffugerunt. Interim autē taꝫ vehementissimo dentium dolore torqueri cepit vt fere sicut ipse ait ad credendū opinionem Cornelij philozophi duceretur. qui summū bonum anime in sapientia summum vero bonum corporis in nullum sentiendo dolorem posuerat. Tam vehemens autem ille dolor fuit ꝙ etiam loquelam amisit. Quo circa vt in libro confessionum refert in tabulis cereis scripsit: vt omnes pro eo orarent vt dolorem illum dominus mitigaret. Ipse igitur cum alijs genua flexit. et subito se sanum esse sensit. Insinuauit ergo per litteras sancto viro dei Ambrosio votum suum vt moueret quid sibi de libris sanctis legendum esset quo aptior fieret fidei christiane. At ille iussit Isayam ꝓphetam. eo ꝙ euangelij et vocationis gentium prenunciator videatur. Cuius principium cū Augustinus non intelligeret totū



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-146/0319
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG